UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

### Cicero, Marcus Tullius

### Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII.Calculo Roma

M.T.C.epistolarvm ad T.Pomponivm Atticvm
liber decimvs.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-687

Visual Library

Toga pura

EGo meo Ciceroni,quoniā Roma caremus, Arpini potiſſimū togā purā
dedi:idq; municipibus noſtris fuit gratū: etſi oēis,& illos,& qua iter fe-
ci,mœſtos,afflictoſq; vidi.tā triſtis,& tā atrox eſt ἀναθεώρησις huius ingē
tis mali.Delectus habet̄,in hyberna deducunt̄.Ea,quę etiā cū a bonis vi
ris,tū iuſto in bello cū modeſte fiunt,tn̄ ipſa per ſe moleſta ſunt, q̄ cēſes
acerba nunc eſſe,cū a perditis in ciuili nefario bello ꝑtulantiſſime fiant?
Caue aūt putes quē q̄ hoīem in Italia turpē eſſe,qui hinc abſit. Vidi ipſe
Formiis vniuerſos:neq; mehercule vnq̄ hoīes putaui,& norā omneis,ſed nunq̄ vno loco vi-
derā.Pergamus igit̄ quo placet,& noſtra oīa relinquamus. Proficiſcamur ad eū, cui gratior
noſter aduētus erit,q̄ ſi vna fuiſſemꝰ.tum em̄ eramꝰ in maxima ſpe:nūc ego qdē in nulla, nec
ꝓter me quiſq̄ Italiā geſſit,niſi q hūc inimicū ſibi putaret. Nec mehercule hoc facio reip.cau
ſa,quā funditus deletā puto,ſed ne qs me putet ingratū in eū,qui me leuauit iis incōmodis
quibus idē affecerat:& ſimul ꝙ ea,quę fiūt,aut q̄ certe futura ſunt, videre nō potero. Etiam

Volcatii ſententia.

equidē Sena.Conſul.facta q̄dā iā puto:vtinā in Volcatii ſentētiā.ſed qd refert?etem̄ vna ſen-
tentia oīm. Sed erit iniuſtiſſimus Seruius,qui filiū miſit ad afflīgēdū Cn.Pompeiū,aut certe
capiendū cū Pontio Titiniano. etſi hic quidē timoris cauſa,ille vero nō.Sed ſtomachari deſi
namus,& aliq̄n ſentētiā terminemꝰ,vt nihil noui,niſi id qđ vellē,minimū ſpiritū reliquū eē.

Mare ſuperū & īferū.

Nos,qm̄ ſuperū mare obſidet̄,infero nauigabimꝰ:& ſi Puteolis erit difficile,Crotonē ꝑtemꝰ,
aut Thurios,& boni ciues amātes patrię mare infeſtū habebimꝰ.Aliā rationē huius belli ge
rendi nullā video.in Aegyptū nos abdimus.exercitu pares eſſe nō poſſumꝰ. pacis fides nulla
eſt.ſed hęc ſatis deplorata ſunt. Tu velim literas Cephaloni des de oībus rebus actis, deniq;
etiā de ſermonibꝰ hoīm,niſi ſane obmutuerūt.Ego tuis conſiliis vſus ſum,maxime ꝙ & gra-

Quod ſupeſt.

uitatē in cōgreſſu noſtro tenui,quā debui,& ad vrbē vt nō accederē,perſeueraui.Qđ ſupeſt,
ſcribe quęſo q̄accuratiſſime(iam em̄ extrema ſunt)qd placeat,quid cenſeas.& ſi iā nulla dubi
tatio eſt,tamen ſi quid,vel potius quicquid veniet in mentē,ſcribas velim. Vale.

## M.T.C.EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER DECIMVS.

### T.P.ATTICO.

TErtio Nonarū,cū in Laterium fratris veniſſem,accepi literas,& pau
lum reſpiraui,qđ poſt has ruinas mihi nō acciderat. Per em̄ magni
ęſtimo tibi firmitudinē animi noſtri, & factū noſtrū ꝓbari. Sexto.n.
noſtro ꝙ ſcribis probari,ita lętor,vt me, quaſi patris eiꝰ, cui ſemꝑ
vni tribui plurimū,iudicio cōprobari putē:qui mihi, qđ ſæpe ſoleo
recordari,dixit olim Nonis illis Decemb. cū ego, Sexte, quidnā er-
go?quid?ille.ἀλλὰ μέγα ῥέξας,τὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.Eius igit̄ mihi
viuit auctoritas,& ſimillimus eiꝰ filius eodē eſt apud me pondere,

Saluere.

quo fuit ille:quē ſaluere velim iubeas plurimū. Tu tuū conſiliū, etſi
nō in longinquū tēpus differs:iā em̄ illū emptū pacificatorē perorat̄
ſe puto,iam actū aliqd eſſe in conſeſſu Senatorū:tn̄ ſuſpenſum me detines,ſed eo minus,ꝙ nō
dubito,qd nobis agēdū putes.Quid.n.Flauio legionē,& Siciliā dari ſcribis?& id iā fieri? q̄ tu

Lex Solonis Attici popularis.

ſcelera partim parari,& iā cogitari,partim ex tēpore futura cēſes?Ego vero Solonis popula-
ris tui,&,vt puto,etiā mei,legē negligā,qui capite ſanxit,ſi quis in ſeditione non alterutrius
partis fuiſſet:niſi tu aliter cenſes:& hinc abero,& filii. ſed alterū mihi eſt certius, nec ꝓripiā
tn̄,expectabo tuū conſiliū,& eas literas,niſi alias iam dediſti,quas ſcripſi,vt Cephaloni dares.
Qđ ſcribis,nō quo aliunde audieris,ſed te ipſum putare,me attractū iri,ſi de pace agat̄:mihi
oīno nō venit in mētē,q̄ poſſit actio eē de pace,cū illi certiſſimū ſit,ſeſe poſſe expoliare exerci

Sūmarius.

tu,& ꝓuincia Pōpeiū.niſi forte iſte ſummarius ei pōt pſuadere,vt dū oratores cantēt,rideāt,
quieſcāt,nihil video qđ ſperē,aut quid iā putē fieri poſſe.Sed tn̄ hoīs hoc ipm̄ ꝓbi eſt,& ma
gnū ſit,τῶν πολιτικωτάτων σκέμματα,veniendū ne ſit in cōſiliū Tyranni,ſi is aliqua de re bona
deliberaturus ſit.Quare,ſi quid eiuſmodi euenerit,vt accerſamur,qđ eq̄dē nō curo.quid em̄
eſſem de pace dicturus,dixi.ipſe valde repudiauit.ſed tn̄ ſi qd acciderit,qd cenſeas mihi faciē

Trebatius.

dum,vtiq; ſcribito.Nihil.n.mihi adhuc accidit,qđ maioris cōſilii eſſet.Trebatii boni viri,&
ciuis verbis te gaudeo delectatum,tuaq; iſta crebra ἐκφώνησις τέρπει,me ſola adhuc delecta-

uit.Literas tuas vehemẽter expecto,quas qdẽ credo iã datas eſſe.Tu cũ Sexto ſeruaſti grauitatẽ eandẽ,quã mihi ꝓcipis.Celer tuus diſertus magis eſt,q̃ ſapiens. De iuuenibus,q̃ ex Tullia audiſti,vera ſunt.M.Antonii iſtud qđ ſcribis,nõ mihi videt̃ tã re eſſe triſte,q̃ verbo.hæc eſt ἅλωσις,in qua nũc ſumꝰ mortis inſtar.aut.n.mihi libere inter malos πολιτευτέον fuit,aut vel ꝑiculoſe cũ bonis:aut nos temeritatẽ bonoꝝ ſequamur,aut audaciã improboꝝ inſectemur.vtrũq; ꝑiculoſum eſt.At hoc qđ agimus,nec turpe,nec tñ tutũ. Iſtũ,q filiũ Brũduſiũ de pace miſit.De pace idẽ ſentio,qđ tu,ſimulationẽ eẽ apertã:parari aũt bellũ acerrimũ. Me legatũ iri non arbitror,cuius adhuc(vt optaui)mentio facta nulla ſit: eo minꝰ habeo neceſſe ſcribere,aut etiam cogitare,quid ſim facturus,ſi acciderit,vt legarer. Vale.

Diſertꝰ magis q̃ ſapiẽs
Haloſis.

T.P.ATTICO.

EGo cũ accepiſſem tuas literas Nonis April.quas Cephalio attulerat,eſſemq; Minturnis poſtridie mãſurus,protinus ſuſtinui me in Arcano fratris, vt dũ aliqd certius afferret̃,occultiore in loco eſſemꝰ,agerẽturq; nihilo minꝰ,q̃ ſine nobis agi poſſunt.Iã adeſt,& animus ardet,nec eſt quicq̃ quo,& qua.ſed hęc noſtra erit cura,& ꝑitorũ.Tu tñ,qđ poteris , vt adhuc feciſti,nos cõſiliis iuuabis.Res ſunt inexplicabiles.Fortunę ſunt cõmittẽda oĩa:ſine ſpe conamur vlla.Melius ſi qd acciderit,mirabimur.Dionyſiũ nolim ad me profectũ, de quo ad me Tullia mea ſcripſit.ſed & tempus alienum eſt,& homini non amico noſtra incommoda, tanta præſertim,ſpectaculo eſſe nollem,cui te meo nomine inimicum eſſe nolo.Vale.

Arcanum.
Dionyſius inimicus Ciceronis.

T.P.ATTICO.

CVm qd ſcriberẽ,plane nihil haberẽ,hęc aũt reliqua eſſent,q̃ ſcire cuperẽ,ꝑfectus ne eſſet:quo in ſtatu vrbẽ reliquiſſet:in ipa Italia,quẽ cuiq; regioni, aut negotio ꝓfeciſſet:& q eſſent ad Põpeiũ,& ad Coſſ.ex S.C.de pace legati.Vt igit̃ hæc ſcirẽ,dedita opera has ad te literas miſi.Feceris igit̃ cõmode,mihiq; gratũ,ſi me de his rebus,& ſi qd erit aliud,qđ ſcire opus ſit,feceris certiorẽ.Ego in Arcano opꝑior,dũ iſta cognoſco.Ad.VII.Iduũ alterã tibi eodẽ die epiſtolã dictaui,& pridie dederã mea manu lõgiorẽ.Viſum te aiunt in Regia, nec reprehẽdo,qppe cũ ipſe iſtã rep̃hẽſionẽ nõ fugerim.ſed expecto tuas literas. Neq; iã ſane video,quid expectẽ:ſed tñ etiã ſi nihil erit,id ipſum ad me velim ſcribas.Cęſar mihi ignoſcit ꝑ literas,ꝙ nõ venerim,ſeſeq; in optimã ꝑtẽ id accipe dicit.Facile patior,qđ ſcribit,ſecũ Tulliũ,& Seruiũ queſtos eſſe,qa nõ idẽ quoq; ſibi,qđ mihi remiſiſſet.homines ridiculos,q cũ filios miſiſſent ad Cn.Põpeiũ circũſedẽdũ,ipſi in Senatũ venire dubitarent.Sed tñ exẽplũ miſi ad te Cæſaris literarum.Vale.

Arcanum.
Viſus in regia Atticꝰ.
Ridiculos homines.

T.P.ATTICO.

MVltas a te accepi literas eodẽ die,oẽis diligẽter ſcriptas.Ea vero q̃ voluminis inſtar,erat ſępe legẽda,ſicuti facio:in qua nõ fruſtra laborẽ ſuſcepiſti,mihi qdẽ ꝑgratũ feciſti.Quare,vt id quoad licebit,ideſt quoad ſcies vbi ſumꝰ, q̃ſæpiſſime facias,te vehemẽter rogo.At deplorãdi quidẽ,qđ quotidie facimus,ſit iã nobis,aut finis oĩno,ſi põt,aut moderatio q̃dã,qđ profecto põt. Nõ eñ quã dignitatẽ,quos honores,quẽ vitę ſtatũ amiſerim,cogito,ſed qd cõſecutus ſim,quid præſtiterim,qua in laude vixerim : his deniq; in malis qd interſit inter me,& iſtos,quos ꝑpter oĩa amiſimus.Hi ſunt,qui niſi me ciuitate expuliſſent,obtinere ſe nõ poſſe putarũt licẽtiã cupiditatũ ſuarũ:quorũ ſocietas,& ſceleratę cõſenſionis fides,quo eruperit vides. Alter ardet furore,& ſcelere,nec remittit aliqd,ſed in dies ĩgraueſcit.modo Italia expulit,nũc alia ex parte ꝑſequi,ex alia prouincia ſpoliare conat̃: nec iã recuſat,ſed quodãmodo poſtulat,vt quẽadmodũ eſt,ſic etiã appellet̃ Tyrãnus.Alter is, q nos ſibi quõdã ad pedes ſtratos ne ſubleuabat:qui ſe quidẽ nihil cõtra huius volũtatẽ aiebat facere poſſe,elapſus e ſoceri manibꝰ,ac ferro,bellũ terra,& mari cõparat,nõ iniuſtũ ille quidẽ, ſed tũ piũ,tũ etiã neceſſariũ,ſuis tñ ciuibꝰ exitiabile,niſi vicerit:calamitoſum etiã,ſi vicerit. Hoꝝ ego ſũmorũ imperatoꝝ nõ modo res geſtas nõ antepono meis,ſed ne fortunã quidẽ ipſam,qua illi florẽtiſſima,nos duriore cõflictati videmur.Quis.n.põt aut deſerta ꝑ ſe patria,aut oppreſſa beatus eſſe?Etſi(vt nos a te admouemur)recte in illis libris dixĩmꝰ,nihil eſſe bonũ,niſi qđ honeſtũ:nihil malũ,niſi qđ turpe ſit.certe vterq; iſtoꝝ eſt miſerrimus,quoꝝ vtriq; ſemꝑ patrię ſalus,& dignitas poſterior ſua dñatione,& domeſticis cõmodis fuit.Pręclara igit̃ cõſciẽtia ſuſtẽtor,cũ cogito me de rep.aut meruiſſe optime,cũ potuerim:aut certe nunq̃ niſi de ea

Voluminis inſtar.
Licentia.
Tyrannus.
Ne ſubleuabat.
Ille quidẽ.
Exitiabile bel.Pom.

diuine cogitaſſe:eaq; ipſa tẽpeſtate euerſam eſſe remp.quã ego.XIIII.annis ante ꝓſpexerim.
Hac igit̃ cõſciẽtia comite,pficiſcar,magno equidẽ cũ dolore,nec tã id ꝓpter me, aut ꝓpter
fratrẽ meũ,quoꝝ iã acta ętas,q̃ ꝓpter pueros,qbus ĩterdũ videmur p̃ſtare etiã rẽp.debuiſſe,
quoꝝ quidẽ alter nõ tam,quia maiore pietate eſt,me mirabiliter excruciat:alter(o rem miſe
Indulgẽtia rã,nihil eẽ mihi accidit in omni vita acerbiꝰ) indulgentia videlicet noſtra deprauatꝰ,eo ꝓ
deprauatꝰ greſſus eſt,quo nõ audeo dicere.Et expecto tuas literas.ſcripſiſti eẽ te ſcripturũ plurima,cũ
filius. ipſum vidiſſes. Oĩe meũ obſequiũ in illũ fuit cũ multa ſeueritate:neq; vnũ eius,nec paruũ,
ſed multa magna delicta cõpreſſi.Patris aũt lenitas amãda potius ab illo, q̃ tã crudeliter ne
Cic.Iunio= glĩgẽda.Nã literas eius ad Cęſarẽ miſſas ita grauiter tulimus,vt te qdẽ celaremus, ſed ipſiꝰ
ris ad Cęſ. videmus vitã inſuauẽ reddidiſſe.Hoc vero eius iter,ſimulatioq; pietatis,qualis fuerit,nõ au
literæ. deo dicere.Tãtũ ſcio,poſt Hirciũ cõuẽtũ,accerſitũ ab Cęſare cũ eodẽ eo animo ab ſuis ratio
nibus alieniſſimo,& cõſilio relinquendi Italiã.Et hęc ipſa timide. ſed nulla noſtra culpa eſt.
Natura ꝑ= Natura metuẽda eſt.hæc Curionẽ,hæc Hortẽſii filiũ nõ patrũ culpa corrupit.Iacet in mœ=
uerſa. rore meus frater,neq; tã de ſua vita,q̃ de mea metuit.huic tu malo affer cõſolationes,ſi vl=
Metuit de las potes:maxime quidẽ illam velim,ea q̃ ad nos delata ſint,aut falſa eſſe,aut minora; q̃ ſi ve
&c. ra ſint,quid futurũ ſit in hac fuga,neſcio. Nã ſi haberemꝰ remp.cõſiliũ mihi nõ deeſſet nec
ad ſeueritatẽ,nec ad diligentiã.Nũc ſiue iracũdia,ſiue dolore,ſiue metu ꝑmotus,grauiꝰ ſcri
pſi,q̃ aut tuus in illum amor,aut meus poſtulabat. Si vera ſunt,ignoſces:ſi falſa,me libente
eripies mihi hũc errorẽ.Quoquo modo vero ſe res habeat, nihil aſſignabis nec patruo,nec
patri.Cũ hęc ſcripſiſſem,a Curione mihi nũciatum eſt,eũ ad me venire. Venerat.n.is in Cu
manũ veſperi pridie,id eſt Idibus.Si qd eius igit̃ ſermo eiuſmodi attulerit,qđ ad te ſcriben=
dum ſit,id in literis adiũgam.Præteriit Villã meã Curio,iuſſitq; mihi nũciari mox ſe vẽtu=
Sermo Cu rum,cucurritq; Puteolos,vt ibi cõcionaret̃.cõcionatꝰ eſt.rediit.fuit ad me ſane diu.o rẽ fœ=
rionis. dã.noſti hoĩem,nihil occultauit:in primis nihil eſſe certius,q̃ vt oẽs,qui lege Pompeia con=
demnati eſſent,reſtituerent̃.itaq; ſe in Sicilia eorũ opa vſurũ.De Hiſpaniis nõ dubitabat, qn
†propeius. Cęſaris eſſent.inde ipm cũ exercitu,vbicũq; Põpeiꝰ eſſet:eiꝰ interitu finẽ illi fore,†ꝓpiꝰ factũ
eſſe nihil.eũ plane iracũdia elatũ.voluiſſe Cęſarẽ occidi Metellũ Trib.pl.qđ ſi eẽt factũ,cædẽ
Cæſar cru= magnã futurã eſſe.ꝑmultos hortatores eſſe cędis:ipſũ aũt nõ volũtate,aut natura nõ eẽ cru
delis. delẽ,ſed ꝙ putaret popularẽ eſſe clemẽtiã:ꝙ ſi populi ſtudiũ amiſiſſet,crudelẽ fore,eũq; ꝑtur
batũ,ꝙ intelligeret,ſe apud ipſum legẽ offendiſſe de ęrario.Itaq; ei cũ certiſſimũ fuiſſet,ante
q̃ ꝓficiſceret̃,cõcionẽ habere,auſum nõ eſſe,vehemẽterq; aĩo ꝑturbato ꝓfectũ. Cũ aũt ex eo
q̃rerẽ,qd videret,qđ exẽplũ,quã rẽp.plane fatebat̃ nullã ſpẽm reliquã.Põpeii claſſem timebat:
Faſces ſex q̃ ſi eſſet,ſe de Sicilia abiturũ.Quid ĩquã iſti ſex tui faſces? ſi ab Senatu,cur laureati? ſi ab ipo,
laureati cur ſex? Cupiui inquit ex S.C.ſurrepto.nã aliter nõ poterat.At ille impẽdio nũc magis odit
Cęſ. Senatũ,a me ingt oĩa ꝓficiſcent̃.Sex aũt,qa duodecim nolui:nã licebat. Tũ ego,q̃ vellẽ ĩquã
Duodecim ꝑtiiſſe ab eo,qđ audio Philippũ impętraſſe.Sed veritꝰ ſum,quia ille a me nihil impetrabat.
nolui. Libẽter,inqt,tibi cõceſſiſſet.verũ puta te impętraſſe.Ego eẽ ad eũ ſcribã,vt tu ipſe voles,de
Nos inter ea re nos inter nos locutos.Quid aũt illiꝰ intereſt,qm̃ in Senatũ nõ venis,vbi ſis? q nũc ipm
nos. minime offendiſſes,eiꝰ cauſa ſi ĩ Italia nõ fuiſſes.Atq; ego me receſſurũ,& ſolitudinẽ q̃rere,
maxime ꝙ lictores haberẽ.laudabat cõſiliũ.quid ergo inquã? nã mihi curſus in Gręciã ꝑ tuã
ꝓuĩciã eſt,qm̃ ad mare ſuperũ milites ſunt.Quid mihi ingt optatius? Hoc loco multa ꝑlibe
raliter.ergo hoc qdẽ verũ eſt ꝓfecto,vt nõ mõ tuto,verũ etiã palã nauigaremꝰ.reliq̃ in poſte
Interregnũ rũ diẽ diſtulit,ex qbꝰ ſcribã ad te,ſi qd erit epiſtola dignũ.Sũt aũt,q̃ p̃terii,interregnũ ne eẽt
expectaturus,an quo mõ dixerim.ille qdẽ. ſed deferri conſulatũ,ſed ſe nolle in ꝓximũ annũ.
& alia ſunt,q̃ exq̃rã.Iurabat ad ſummã,ꝙ nullo negotio faceret,amiciſſimũ mihi Cæſarẽ eſ=
ſe debere.Quid enim vnq̃ ſcripſit ad me Dolobella? dico qd affirmabat,cũ ſcripſiſſet,ꝙ me cu
peret ad vrbẽ venire? illum quidẽ gratias agere maximas,& nõ modo probare,ſed etiam gau
Quid q̃ris? dere,atq; iubebat.Quid quæris? Eſt enim ſuſpitio illa domeſtici mali,& ſermonis Hirciani.
q̃ cupio illum dignum eſſe nobis,& q̃ ipſe me inuito,quæ pro illo ſit ſuſpicandum.ſed opus
fuit Hircio conuento. Eſt profecto neſcio quid,quod velim q̃minimo. & tamen eum non=
dum rediſſe miramur.Sed hæc videbimus,tu optimos Terentiæ dabis.iam enim Vrbis vnũ
periculum eſt.Me tamen conſilio iuua,pedibus ne Rhegyum,an hinc ſtatim in nauem,& cæ
tera,quoniam commoror.Ego ad te ſtatim habebo qđ ſcribã,ſimul vt videro Curionẽ. De
Tirone cura quæſo,qđ facis,vt ſciã,quid is agat. De tota mea cogitatiõe ſcripſi ad te antea

ſatis,vt mihi viſus ſum,diligẽter.de die nihil ſane poteſt ſcribi certi p̃ter hoc,non ante lunã nouã.Curionis ſermo poſtridie eandẽ habuit fere ſentẽtiã:niſi ꝙ apertius ſignificauit,ſe ea-rũ rerũ exitũ non videre.Qđ mihi mãdas de quodam regẽdo ἀρκαδίαν tñ nihil p̃termittã, atꝗ vtinam tu,ſed modeſtior non ꝑ epiſtolam,ad Veſtoriũ ſtatim de Tullia:ac valde req-rere ſolebat.Cõmodiꝰ tecũ Vectinus eſt locutus,q̃ ad me ſcripſerat:ſed mirari ſatis hoĩs negligentiam non queo.cũ mihi enim Philotimus dixiſſet,ſeſe.CCL.emere de Canuleio diuerſoriũ illud poſſe,minoris etiam empturum,ſi Vectinum rogaſſem,rogaui,vt ſi quid poſſit, ex ea ſũma detraheret,ꝓmiſit:ad me nuꝑ ſe HS.XXX.emiſſe,vt ſcriberẽ cui vellẽ addici.diẽ ꝑcuniȩ Idibus Nouembris eſſe.reſcripſi & iſta Madio,ſi vis,cũ ioco tñ familiari.Nunc,qm̃ agit liberaliter,nihil accuſo hominẽ:ſcripſiꝗ ad eũ,me a te certiorem eſſe factũ.Tu de tuo itinere quid,& quando cogites,velim me certiorem facias. Vale.

*Non ante lunã nouã.*

T.P.ATTICO.

AD vndecimũ Cal.Martii me adhuc nihil p̃ter tẽꝑſtatẽ moratˀ.Aſtute nihil ſum acturus.fiat,vt in Hiſpania quidlibet,& tñ recitet.meas cogitationes omneis explicaui tibi ſuperioribus literis.quocirca hȩ ſunt breues:& tamẽ, quia feſtinabã,erãꝗ occupatior de Q.fratre,ita me quidẽ ſedulo.ſed noſti reliqua.Q̄ me mones,& amice,& prudẽter memoras,ſed erũt oĩa facilia,ſi ab vno illo cauero.Magnũ opus eſt.mirabilia multa.nihil ſimplex,nihil ſyncerũ.vellẽ ſuſcepiſſes iuuenẽ regẽdũ.pater em̃ nimis indulgẽs:quicq̄d ego aſtrinxi,relaxat:ſi ſine illo poſſem,regerẽ,qđ tu potes,ſed ignoſco.magnũ inquã opus eſt.Pompeiũ ꝓ certo habemus ꝑ Illyricũ ꝓficiſci in Galliã,ego nũc qua,& quo videbo.Ego vero Apuliam,& Sipontũ,& tergiuerſationẽ iſtã ꝓbo,nec tuã rationẽ eãdẽ eſſe duco,quã meã:nõ q̄n ĩ rep.rectũ idẽ ſit vtriꝗ noſtrũ,ſed ea nõ agitˀ.Regnandi cõtẽtio eſt,in qua pulſus eſt modeſtior Rex,& probior,& integrior,& is,qui niſi vincit,nomẽ populi Roma.deleatˀ neceſſe eſt.ſin aũt vicit,Sullano more,exẽploꝗ vincet.Ergo hac in cõtẽtione neutrũ tibi palã ſentiẽdũ,& tẽpori ſeruiẽdum eſt.Mea cauſa aũt alia eſt,ꝙ beneficio vinctus,ingratꝰ eſſe nõ poſſum:nec tñ in acie,ſed militia,aut alio in loco,ſiue in oppidulo futurũ puto.Nihil,inquies,iuuas eũ,in quẽ ingratꝰ eſſe nõ vis?immo minus fortaſſe voluiſſet.ſed de hoc videbimus.Exeamus mõ,qđ vt meliore tẽpore poſſimus,facit Adriatico mari Dolabella,Cretenſi Curio.Iniecta aũt mihi ſpes q̃dã eſt,velle mecũ Ser.Sulpitiũ colloqui,ad eũ miſi Philotimũ libertũ cũ literis:ſi vir eſſe volet,det clara Synodia:ſin aũt,erimus nos,qui ſolemus.Curio mecũ vixit iacere Cæſarẽ putans offenſione populari,Siciliæꝗ diffidẽs,ſi Põpeius nauigare cœpiſſet.Quintũ puerũ accepi,vehemẽter auaritiã video fuiſſe,& ſpem magni Cõgiarii.Magnũ hoc malũ eſt:ſed ſcelus illud,qđ timueramꝰ,video nullũ fuiſſe.hoc aũt vitiũ puto te exiſtimare nõ noſtra indulgentia,ſed a natura ꝓfectũ,quẽ tñ nos diſciplina regimꝰ.De Oppiis Velẽſibꝰ q̄d placeat,cũ Philotimo videbis.Epeirum noſtrã putabamus,ſed alios curſus videbamur habituri.Vale.

*Explicaui.*
*Indulgens pater.*
*Rex ꝓbior.*
*Synodia.*
*Cõgiariũ.*

T.P.ATTICO.

ET res ipſa monebat,& tu oſtenderas,& ego videbã de his rebus,quas intercipi periculoſum eſſet,finẽ inter nos ſcribendi fieri tempus eſſe.Sed cum ad me ſępe mea Tullia ſcribat,orans,vt q̄d in Hiſpania geratˀ,expectẽ,& ſemꝑ aſcribat idẽ videri tibi,idꝗ ipſe etiã ex tuis literis intellexerim,nõ puto eſſe alienum me ad te,quid de ea re ſentiã ſcribere.Cõſiliũ iſtud tũc eſſet prudẽs,vt mihi videtˀ,ſi noſtras rationes ad Hiſpaniẽſem caſum accõmodaturi eſſemus,qđ fieri dicitis oportere.neceſſe eſt em̃ aut,id qđ maxime velim,ꝑlli iſtũ ab Hiſpania,aut trahi id bellũ,aut iſtũ,vt cõfidere videtˀ,apprehendere Hiſpanias.Si ꝑlletˀ,q̃ gratus, aut q̃ honeſtus tũ erit ad Pompeiũ noſter aduẽtus,cũ ipſum Curionẽ ad eũ trãſiturũ putẽ? ſi trahitˀ bellũ,q̄d expectẽ?aut q̃diu?relinquitˀ,vt ſi vincimur,in Hiſpania quieſcamus.id ego cõtra puto.Iſtũ em̃ victorẽ magis relinquẽdũ puto,q̃ victũ,& dubitantẽ magis,q̃ fidẽtẽ ſuis rebus.nam cædẽ video,ſi vicerit,& impetũ in priuatorũ ꝑcunias,& exulũ reditũ,& tabulas nouas,& turpiſſimorum honores,& regnum,non modo Romano homini,ſed ne Perſȩ quidẽ cuiq̃ tolerabile.Tacita eſſe poterit in id dignitas mea?Pati poterũt oculi,me cũ Gabinio ſñiam dicere?& q̄dẽ illũ rogari priꝰ?p̃ſto eſſe cliẽtẽ tuũ Chlœliũ Catelli,Plaguleiũ,cæteros? Sed cur inimicos colligo?q meos neceſſarios a me defenſos nec videre in Curia ſine dolore, nec verſari iter eos ſine dedecore potero.Quid ſi ne id q̄dẽ eſt exploratũ fore,vt mihi liceat?

Scribũt em̃ ad me amici eiꝰ,me illi nullo mõ ſatiſfeciſſe,ꝙ ĩ Senatũ nõ venerim.Tñ ne dubite
mus an & nos etiã cũ ꝑiculo vẽdicemus,qui cũ cõiunctione,tũ p̃mio quidẽ nolumus eſſe.
Deinde hoc vide,nõ eſſe iudiciũ de tota cõtẽtiõe in Hiſpaniis.niſi forte his amiſſis,arma Põ
Cõſilium Themiſt. Pompeio. ꝑeiũ abiecturũ putas,cuius om̃e cõſiliũ Themiſtocleũ eſt.Exiſtimat em̃,q mare teneat,eũ ne
ceſſe rerũ potiri.Itaqꝫ q nunq̃ egit,vt Hiſpaniȩ p ſe tenerenť,naualis apparatꝰ ei ſemp antiqſ
ſima cura fuit.Nauigabit igiť cũ erit tẽpus,maximis claſſibꝰ,& ad Italiã accedet,in qua nos
ſedẽtes qđ erimus?Nã medios eſſe iã nõ licebit.claſſibꝰ aduerſabimur igiť?qđ malum maius
ſcilicet tãtũ?deniqꝫ quid turpius?An,ni valde hic in abſentia ſolus,tuli ſcelus eiuſdẽ, cũ Põ
ꝑeio,& cũ reliquis principibus nõ ferã?Qꝫ ſi iam miſſo officio ꝑiculi ratio habẽda eſt,ab il
lis eſt ꝑiculũ,ſi ꝑccaro:ab hoc,ſi recte fecero:nec vllũ in his malis conſiliũ ꝑiculo vacuũ
inueniri põt:vt nõ ſit dubiũ,qn cũ ꝑiculo fugiamus,qđ fugeremus etiã cũ ſalute.nõ ſimul
cũ Põꝑeio mare trãſierimus,nõ oĩno potuimus.Extat ratio dierũ,ſed tñ(fateamur em̃ quod
eſt)ne condamus quidẽ,vt poſſumus:fefellit ea res,q̃ fortaſſe nõ debuit,ſed fefellit,ꝙ pacem
putaui fore:quæ ſi eſſet,iratũ mihi Cæſarẽ eſſe,cũ idẽ amicus eſſet Põꝑeio,nolui. Senſerã em̃
q̃ iidẽ eſſent:hoc veritus in hãc tarditatẽ incidi.ſed aſſequar omnia,ſi ꝓpero: ſi cũctor,amit
to.Et tñ mi Attice auguria quoqꝫ me incitãt quadã ſꝑe non dubia,nõ hęc Collegii noſtri ab
Platonis de tyrãnis auguria. Attico,ſed illa Platõis de Tyrãnis.nullo em̃ mõ poſſe video ſtare iſtũ diutiꝰ,qn ip̃e p ſe etiã
lãguẽtibus nobis cõcidat.quippe qui florenteis ac nouos vt vti diebus ipſi illi egenti ac per
ditȩ multitudini in odiũ acerbiſſimũ veniret:q duarũ rerũ ſimulationẽ tã cito amiſerit,mã
ſuetudinis in Metello,diuitiarũ in Afranio.Iam quibꝰ vtať vel ſociis,vel miniſtris, ſi ii ꝓuin
cias,ſi remp.regẽt,quoꝝ nemo duos mẽſes potuit patrimoniũ ſuũ gubernare? Non ſunt oĩa
colligẽda,q̃ tu acutiſſime proſpicis,ſed tñ ea pene ante oculos iã intelliges,id regnũ vix ſe
meſtre eſſe poſſe. Qđ ſi me fefellerit,ferã,ſicut multi p̃clariſſimi hoĩes in rep.excellẽtes tule
rũt.niſi forte me Sardanapali vice in ſuo lectulo mori malle cẽſueris,q̃ exilio Themiſtocleo:
Thucydides. q cũ fuiſſet,vt ait Thucydides,τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόν
των ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής,tamen incidit in eos caſus,quos vitaſſet, ſi is
eum nihil fefelliſſet.Etſi erat(vt ait idẽ)q τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς ἀφανέσιν προεώρα μά
λιστα, tamen non vidit,nec quomodo Lacedæmoniorũ,nec quomodo ſuorũ ciuium inuidiã
effugeret,nec quid Artaxerxi polliceretť.Non fuiſſet & illa nox tam acerba Aphricano ſapiẽ
tiſſimo viro,nõ tã dirus ille dies Sullanꝰ,callidiſſimo viro C.Mario,ſi nihil vtrũqꝫ eoꝝ fe
felliſſet.Nos tamen hoc cõfirmamus illo augurio,qđ diximus.Nec nos fallit, nec aliter acci
dit.corruat iſte neceſſe eſt,aut ꝑ aduerſarios,aut ipſe p ſe,q quidẽ ſibi eſt aduerſarius vnus
Vita perpetua. acerrimus.id ſꝑo viuis nobis fore.q̃q̃ tempus eſt nos de illa ꝑpetua iã,nõ de hac exigua
vita cogitare.Sin quid acciderit maturius,haud ſane mea multũ interfuerit,vtrũ factũ fue
rit:videam,an futurũ eſſe multo ante viderim.Quæ cũ ita ſint,nõ eſt cõmittẽdũ,vt iis parea
mus,quos cõtra me Senatꝰ,ne qd reſp.detrimẽti acciꝑeret,armauit.Tibi ſũt oĩa cõmẽdata,q̃
cõmẽdatiõis meȩ,pro tuo in nos amore,nõ ĩdigẽt.ne hercule qdẽ reꝑio,qd ſcribã:ſedeo.n.
πλουτοδοκῶν.etſi nihil vnq̃ tã fuit ſcribendũ,q̃ nihil mihi vnq̃ ex plurimis tuis iucũditatibus
gratiꝰ accidiſſe,q̃ ꝙ meã Tulliã ſuauiſſime,diligẽtiſſimeqꝫ coluiſti.valde eo ip̃a delectata eſt,
ego aũt nõ minꝰ.cuiꝰ quidẽ virtꝰ mirifica,quomodo illa fert publicã cladẽ,quomodo dome
ſticas tricas.quãtus autẽ animus in diſceſſu noſtro ſit,στοργῆς ſit ſũma σύντηξις, tñ nos recte
Audire bene. facere & bñ audire vult.ſed hac ſup re nimis,ne meã ipſe iam euocẽ.tu ſi qd
Eclipſis. de Hiſpaniis certiꝰ,& ſi qd aliud,dũ adſumꝰ ſcribes:& ego fortaſſe diſcedẽs dabo ad te aliqd
eo etiã magis,ꝙ Tullia te nõ putabat ex Italia hoc tẽpore. Cũ Antonio itẽ eſt agẽdũ,vt cũ
Curione Melitȩ me velit eſſe.huic bello nolo intereſſe.eo velim tam facili vti poſſem,& tam
bono in me,q̃ Curio.Is ad Miſſenũ.VI.Nonarũ vẽturus dicebať,id eſt hodie. Sed p̃miſit mi
hi odioſas literas hoc exẽplo. M.ANT.TR.P.R.M.T.CICERONI IMP.S.

Epiſtola M. Antonii. NIſi te valde amarẽ,& multo quidem plus,q̃ tu putas,nõ extimuiſſem rumo
rem,qui de te prolatus eſt,cum præſertim falſum eſſe exiſtimarem:ſed quia
te nimio plus diligo,non poſſum diſſimulare infamiam quoqꝫ,q̃uis ſit falſa.
Nauigio eſſe te iturum trans mare,credere non poſſum,cũ tãti facias Do
Tullia. labellã,& Tulliã tuã fœminã lectiſſimã,tantiqꝫ ab omnibus nobis ſias:qui
bus mehercule,dignitas,amplitudoqꝫ tua pene charior ẽ,q̃ tibi ipſi.Sed ta
men non ſum arbitratus eſſe amici nõ cõmoueri etiã improborum ſermone.atqꝫ eo feci ſtu

dioſius,ꝙ iudicabã duriores parteis mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra,q̃ magis a ζηλο
τυπία, mea,q̃ ab iniuria tua nata eſt.Sic.n.volo te tibi ꝑſuadere,mihi neminẽ eſſe chario-
rẽ te,excepto Cęſare.Cęſarẽ maxime ĩ ſuis M.Ciceronẽ reponere.Quare mi Cicero te rogo,
vt tibi oĩa integra ſerues:eius fidẽ improbes,qui tibi,vt beneficiũ daret, prius iniuriã fecit:
cõtra eũ ne profugias,qui te, etſi nõ amabit(qđ accidere nõ põt)tñ ſaluũ,ampliſſimũq; eſſe
cupiet.Dedita opera ad te Calpurniũ familiariſſimũ meũ miſi,vt mihi magnę curę tuã vitã,
ac dignitatẽ eſſe ſcires.Vale.Eodẽ die a Cęſare Philotimus literas attulit hoc exẽplo.

CAESAR IMP.M.T.CICERONI IMP.S.

ETſi te nihil temere,nihil imprudẽter facturũ iudicarã,tñ ꝑmotus ho Cæſar ad
minũ fama,ſcribẽdũ ad te exiſtimaui,& ꝓ noſtra beneuolẽtia petẽdũ,ne Cice.
quo ꝓgredereris inclinata iã re,qua integra etiã ꝓgrediendũ tibi nõ exi
ſtimaſſes.Nãq; & amicitię grauiorẽ iniuriã feceris, & tibi minꝰ cõmode
cõſulueris,qđ minus placet,ſi nõ fortunæ obſecutus fueris,vt debes:oĩa
eñ ſecũdiſſima nobis,aduerſiſſima illis accidiſſe videñt:nec cauſam ſecu
tus:eadem eñ tum fuit,cũ ab eoꝝ cõſiliis abeſſe iudicaſti:ſed meũ aliqđ
factũ cõdemnaſſe,quo mihi grauiꝰ abs te nil accidere põt.Qđ ne facias,pro iure noſtrę ami-
citię a te ꝑeto.Poſtremo quid viro bono,& quieto,& bono ciui magis cõuenit,q̃ abeſſe a ci- Viro bono
uilibus cõtrouerſiis?Qđ nõnulli cũ probarẽt,ꝑiculi cauſa ſequi nõ potuerũt:tu explorato cõueniens.
& vitæ meę teſtimonio,& amicitię iudicio,neq; tutius,neq; honeſtiꝰ reꝑies qcq̃, q̃ ab om̃i
contentione abeſſe.Vale.

T.P.ATTICO.

QVintodecimo Cal.Maii,ex itinere aduẽtꝰ Philotimi (at cuius hoĩs,q̃ inſul Philotimꝰ.
ſi,& q̃ ſęꝑe ꝓ Põꝑeio mẽtiẽtis)exanimauit omneis,q mecũ erãt.Nã ipſe ob-
durui,dubitauitq; noſtrũ nemo,quin Cęſar itinera repreſſiſſet.volare dici-
tur.Petreius,cũ Afranio cõiũxiſſe.nihil affert eiuſmodi.Quid q̃ris?etiam il
lud erat ꝑſuaſum,Põꝑeium cũ magnis copiis iter in Germaniã ꝑer Illyricũ
feciſſe.id eñ αὐθεντικῶς nũciabañ.Melitã igiñ opinor caꝑeſſemus,dum qđ in Melitam ca
Hiſpania:qđ quidẽ ꝓꝑemodũ videor ex Cæſaris literis ipſius volũtate facere poſſe,qui negat peſſemus.
neq; honeſtiꝰ,neq; tutius mihi qcq̃ eſſe,q̃ ab omni cõtẽtione abeſſe.Dices, vbi ille ergo tuus
animus,quẽ ꝓximis literis?adeſt,& idem eſt.Sed vtinã meo ſolũ capite decernerẽ.lachrymæ
meorum me interdũ molliunt ꝑcantiũ , vt de Hiſpaniis exꝑectemus.M.Cælii quidẽ epiſtolã
ſcriptam miſerabiliter,quæ hoc idem obſecraret,vt exꝑectarem,ne fortunas meas , ne vnicã
filiã,ne meos om̃eis tam temere proderẽ,nõ ſine magno fletu legerũt pueri noſtri. etſi meus
quidẽ eſt fortior,eoq; ipſo vehemẽtius cõmouet,nec quicq̃ niſi dedignatione laborat.Melitã
igiñ,deinde qđ videbiñ.Tu tñ etiã nũc mihi aliquid literarũ,& maxime ſi qd ab Afranio.Ego
ſi cũ Antonio locutus ero,ſcribã ad te,quid actũ ſit:ero tñ in credendo,vt mones,cautꝰ. Nã
occultãdi ratio tũ difficilis,tũ etiã ꝑiculoſa eſt.Seruiũ exꝑecto ad Nonas,& adiicit a Poſt-
humia.Sed & Seruii filii quartanã leuiorẽ eſſe gaudeo.Miſi ad te Cælii etiam literarũ exem
plum.Vale.

CAELIVS M.T.CICERONI IMP.S.

EXanimatus tuis literis,quibus te nihil niſi triſte cogitare oſtendiſti,neq; id,
qđ eſſet,ꝑſcripſiſti,neq; non tñ quale eſſet,qđ cogitares,aperuiſti,has ad te
illico literas ſcripſi.Per fortunas tuas Cicero,ꝑ liberos te oro, & obſecro,ne
qd grauius de ſalute,& incolumitate tua cõſulas.Nã deos,homineſq;,amici
tiãq; noſtrã teſtificor,me tibi ꝑdixiſſe,neq; temere monuiſſe:ſed poſtq̃ Cęſa- Teſtificor.
rẽ cõuenerim,ſentẽtiãq; eius,qualis futura eſſet parta victoria,cognorim,te
certiorẽ feciſſe.Si exiſtimas eãdẽ rationẽ fore Cęſaris in dimittẽdis aduerſariis,& cõditioni-
bus ferẽdis,erras:nihil niſi atrox,& ſæuũ cogitat,atq; etiã loquiñ:iratus Senatui exiſtit. his
interceſſionibus plane incitatus eſt.nõ mehercule erit deprecationi locus.Quare ſi tibi tu,ſi Deꝑcatio.
filius vnicus,ſi domus,ſi ſꝑes tuæ reliquę tibi charę ſunt,ſi aliqd apud te nos,ſi vir optimus
gener tuꝰ,valemus,eoꝝ fortunã nõ debes velle cõturbare,vt eã cãm,in cuius victoria ſalus
noſtra eſt,odiſſe,aut relinquere cogamur,aut impiã cupiditatẽ cõtra ſalutẽ tuã habeamus.
Deniq; illud cogita,quot offenſę fuerint,in iſta cunctatione te ſubeſſe.nunc te cõtra victorẽ
Cęſarẽ facere,quẽ dubiis rebus lędere noluiſti,& ad eos fugatos accedere,quos reſiſtẽteis ſe
qui nolueris,ſummæ ſtultitiæ eſt.Vide,ne dũ pudet te parum optimatẽ eſſe,parũ diligenter Optimatẽ
qđ optimũ ſit,eligas.Qđ ſi totũ tibi ꝑſuadere nõ poſſum,ſaltẽ,dũ quid de Hiſpaniis agamꝰ, eſſe.

ſcitur,expecta:q̃s tibi nũcio aduẽtu Cęſaris fore noſtras.Quã iſti ſpem habeãt amiſſis Hiſpa-
niis,neſcio.Qđ porro tuũ cõſiliũ ſit,ad deſperatos accedere,nõ mediuſfidiꝰ reperio.Hoc qđ
tu nõ dicẽdo mihi ſignificaſti,Cæſar audierat:ac ſimulatq; habuit,mihi dixit.ſtatim, q̃d de
te audiſſet,expoſuit.Negaui me ſcire,tñ ab eo petiui,vt ad te literas mitteret,quibus maxi-
me ad remanẽdũ cõmoueri poſſes.Me ſecũ in Hiſpaniam ducit.Nã niſi ita faceret, ego priꝰ,
ad vrbẽ q̃ accederẽ,vbicũq; tu eſſes,ad te ꝑcurriſſem,& hoc a te p̃ſens cõtẽdiſſem, atq; omni
vi te retinuiſſem.Etiã atq; etiã Cicero cogita,ne te,tuoſq; omeis funditꝰ euertas,nec te ſci-
Optimatiũ ens,prudẽſq; eo demittas,vnde exitũ vides nullũ eſſe.Q; ſi te,aut voces optimatium cõmo-
uent,aut nõnullorũ hoim̃ inſolẽtiã,& iactationẽ ferre nõ potes,eligas cẽſeo aliqđ oppidum
vacuum a bello,dum hęc decernunt,q̃ iam erũt confecta.Id ſi feceris,ego te ſapienter feciſſe
iudicabo,& Cæſarem non offendes.Vale.

T.P.ATTICO.

Me cęcum. ME cæcum,qui hęc ante nõ viderim.Miſi ad te epiſtolã Antonii:& cũ ego ſæ
piſſime ſcripſiſſem,nihil me cõtra Cęſaris rationes cogitare : meminiſſe me
generi mei,meminiſſe amicitię:potuiſſe,ſi aliter ſentirem,eſſe cũ Põpeio:me
aũt,quia cũ lictoribꝰ inuitus curſarẽ,abeſſe velle,nec id ipſum certũ etiam
nũc habere:vide q̃ ad hæc tuũ conſiliũ,q̃ verũ eſt.Nam qui ſe me
diũ eſſe vult,in patria manet:q ꝓficiſcit̃,aliq̃d de alterutra parte iudicare vi
det.Sed is ego nõ ſum,qui ſtatuere debeã,iure quis ꝓficiſcat̃,nec ne.Parteis mihi Cęſar has
impoſuit,ne quẽ oĩno diſcedere ex Italia paterer.quare parui refert,me ꝓbare cogitationem
tuã,ſi nihil tñ tibi remittere poſſum.Ad Cæſarẽ mittas,cẽſeo,& ab eo hoc petas:non dubi-
to quin impetraturus ſis,cũ p̃ſertim te amicitię noſtrę rationẽ habiturũ eſſe pollicearis. Ha
Scytale La bes σκυτάλην λακωνικήν.oĩno excipiã hoĩem.Erat aũt.V.Nonarũ vẽturus veſperi, ideſt ho-
conica. die.Cras igit̃ ad me fortaſſe veniet,tẽtabo,audeã nihil properare,miſſurũ ad Cæſarẽ clama-
bã,cũ pauciſſimis alicubi occultabor.Certe hinc iſtis inuitiſſimis euolabo,atq; vtinã ad Cu-
rionem.magnꝰ dolor acceſſit,efficiet̃ aliquid dignũ nobis. Tua mihi valde moleſta, medere
amabo,dum eſt ἀρχή.De Maſſiliẽſibus gratę tuę mihi literę.quæſo vt ſciã, quicq̃d audieris.
Sullã cuperẽ,ſi poſſem.palã q̃d a Curione effecerã.Hic ego Seruiũ expecto. Rogor em̃ ab eiꝰ
Citharida. vxore,& filio,& puto opus eſſe.Hic tñ Citharidam ſecũ lectica aperta portat,altera vxorẽ.
†lecto. Septẽ p̃terea cõiũctæ lecticę amicarũ,hę ſunt amicoꝝ.Vide q̃ turpi †leto pereamus.Et dubi-
tari põt,q̃n ille ſeu victus,ſeu victor redierit,cædẽ facturus ſit?Ego vero vehiculo , ſi nauis
nõ erit,eripiã me ex iſtoꝝ parricidio.Sed plura ſcribã,cũ illũ cõuenero. Iuuenem noſtrũ nõ
poſſum nõ amare,ſed ab eo nos nõ amari plane intelligo.Nihil ego vidi tã ἀνηθοποίητον,tam
auerſum a ſuis.tñ ſcio quid cogitas,vim incredibilẽ moleſtiarũ.ſed erit curę,& eſt,vt regat̃.
mirum eſt em̃ ingenium. ἤθους ἐπιμελητέον.

T.P.ATTICO.

OBſignata iã epiſtola ſupiore,nõ placuit ei dare,cui cõſtituerã,ꝙ erat alienꝰ.
itaq; eo die data nõ eſt.Interim venit Philotimus,& mihi a te literas reddi
dit:quibꝰ q̃ de fratre meo ſcribis,ſunt ea quidẽ parũ firma,ſed habẽt nihil
ὕπουλον, nihil fallax,nihil flexibile nõ ad bonitatẽ,nihil qđ non quo velis,
vno ſermone poſſis ꝑducere.ne multa,omneis ſuos,etiã quibus iraſcit̃ cre-
briꝰ,tñ charos habet,me q̃dẽ ſe ipſo chariorẽ.Qđ de puero aliter ad te ſcri
pſit,& ad matrẽ de filio,nõ rep̃hẽdo.De itinere,& de ſorore,q̃ ſcribis,moleſta ſunt,eoq; ma-
gis,ꝙ ea tẽpora noſtra ſunt,vt ego eis mederi nõ poſſim.Nã certe mederer: ſed quibus ĩ ma
lis,& qua in deſperatiõe rerũ ſimus,vides.Illa de ratione nũmaria nõ ſunt eiuſmodi. Sępe.n.
audio ex ipſo,vt non cupiat tibi pręſtare,& in eo laboret.Sed ſi mihi, in hac mea fuga,HS.
XIIII.nõ reddit,q̃ dedi eius filio mutua,& vtit̃ excuſatione tẽporis,Si Lepta,Si cęteris:ſoleo
mirari de neſcio queis HS.XX.cũ audio exilio ſe vrgeri.vides.n.ꝓfecto anguſtias,curari tñ
Lẽtulũ aut ea tibi vbiq; iubet.An exiſtimas illũ in iſto genere Lentulũ?aut reſtrictũ?nemo eſt minus.De
Reſtrictũ. fratre ſatis.de eius filio:indulſit illi quidẽ ſuus pater ſemp:ſed nõ facit indulgentia menda-
Indulgẽtia cẽ,aut auarũ,aut nõ amãtẽ ſuoꝝ:ferocẽ fortaſſe,ac arrogãtẽ,& infeſtũ facit. Itaq; habet hæc
quoq; quę naſcunt̃ ex indulgẽtia,ſed ea ſũt tolerabilia.Quid em̃ dicã de hac iuuẽtute? Ea ve
In queis ſu ro,q̃ mihi q̃dẽ,qui illũ amo,ſunt his ipſis malis in queis ſumus,miſeriora,nõ ſunt ab obſequio
mus. noſtro,nõ habent ſuas radices,quas tñ euellerẽ ꝓfecto,ſi liceret.Sed ea oĩa mihi ſunt patien
da. Ego meũ facile teneo.nihil eſt em̃ eo tractabilius.cuiꝰ quidẽ miſericordia,lãguidiora ad
Exiſtam. huc cõſilia cepi:& quo ille me fortiorẽ vult eẽ,eo magis timeo,ne ĩ eũ exiſtã crudelior . Sed

Antonius venit heri veſperi.iā fortaſſe ad me veniet,aut ne id qdē,qm̄ ſcripſiſti , quid fieri vellet.Sed ſcies cōtinuo qd actū ſit.Nos iā,niſi occulte,nihil.De pueris quid agā? Paruo ne nauigio committam?Quid mihi animi in nauigando cēſes fore?Recordor em̄ æſtate cū illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans,q̄ fuerim ſollicitus.Quid duro tempore anni actuaria fo- Aphractus re cēſes?O rē vndiq; miſerā.Trebatius erat mecū,vir plane,& ciuis bonus. q̄ ille mōſtra Dii Actuaria. immortales?etiā ne Balbus in Senatū venire cogitet?ſed ei ipſi cras ad te literas dabo.Vulteium mihi amicū,vt ſcribis,ita puto eſſe:cū eo,qđ θυμικώτερον ad me ſcripſerit, de nūmis curādis erit.id tu,ſi ille aliter acceperit,ac debuit,lenies†moneo.Talia aūt aſcripſi,q; †Monetali ille ad me Proconſulem.ſed quoniā eſt homo,& nos diligit,ipſe quoq; a nobis diligat̄.Vale. autem.

T.P.ATTICO.

QVidnam mihi futurū eſt?aut qs me nō ſolū infelicior , ſed iā etiā turpior? Noīatim de me ſibi impetratū dicit Antonius,nec me tñ ipſe adhuc viderat,ſed hoc Trebatio narrauit.Quid agā nūc,cui nihil ꝓcedit,cadūtq; ea q̄ diligētiſſime ſunt cogitata,teterrime?Ego em̄ Curionē nactus,oīa me cōſecutū putabo:is de me ad Hortēſiū ſcripſerat. Reginꝰ erat totꝰ noſter.huic nihil.ſuſpicabamur em̄ hoc†mare negotii fore.Quo me nūc vertā ? vndiq; †mari. cuſtodior.ſed ſatis lachrymis. igit̄ & occulte ī aliquā onerariā correpēdū: nō cōmit Correpēdū tendū,vt etiā cū pacto ꝓhibiti videamur.Sicilia petēda:quā ſi nacti erimus,maiora q̄dā conſequemur,ſit modo recte in Hiſpaniis.q̄q̄ de ipſa Sicilia vtinā ſit verū,ſed adhuc nihil ſecūdi.Cōcurſus Siculorū ad Catonē dicit̄ factus,oraſſe,vt reſiſteret,oīa pollicitus,cōmeatū illū,delectūq; habere cœpiſſe:nō credo,vt eſt luculētus auctor:potuiſſe certe tenere illā Prouinciā ſcio.Ab Hiſpaniis aūt iā audiet̄.Hic nos C.Marcellū habemꝰ eadē de re cogitātē,aut bene ſimulātē.q̄q̄ ipſum nō viderā,ſed ex familiariſſimo eiꝰ audiebā.Tu q̄ſo,ſi qd habebis noui,ego,ſi qd moliti erimꝰ,ad te ſtatim ſcribā.Q.Fratrē ſeuerius adhibebo.vtinā ꝑficere poſſem.Tu tamen eas epiſtolas,qbꝰ aſperius de eo ſcripſi,aliquādo cōcerpito,nequādo qd emanet,ego itē tuas.Seruiū expecto,nec ab eo qcq̄.Scies qd erit.ſine dubio erraſſe nos confitendū eſt.at ſemel?at vna in re?immo oīa quo diligētius cogitata,eo facta ſunt imprudētiꝰ.ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ.in reliqs modo ne ruamus.Iubes em̄ profectionē meam ꝓuidere.Quid ꝓuideā?ita patēt oīa,q̄ accidere poſſunt,vt ea ſi vitē,ſedēdū ſit cū dedecore,& dolore:ſi negligā,periculū eſt ne in manꝰ incidā perditorū.Sed vide quātis ī miſeriis ſimus.optādū interdū videtur,vt aliquā accipiamus ab iſtis acerbā quāuis iniuriā, vt Tyrāno in odio fuiſſe videamur . Q; ſi nobis is curſus,quem ſperarā,pateret,effeciſſem aliqd ꝑfecto,vt tu optas,vt hortaris,dignū noſtra mora.ſed mirificę ſunt cuſtodiæ.et qdē ipſe Curio ſuſpectus.Quare vi,aut clā agendū eſt:& ſi vi,forte & cū tēpeſtate:clā aūt cū iſtis.in quo ſi qđ σφάλμα,vides q̄ turpe eſt:trahimur,nec fugiendū,ſi qd violētius. De Cælio ſæpe mecū agito,nec ſi qd habuero tale,dimittā.Hiſpanias ſpero firmas eſſe.Maſſilienſiū factū tñ ipſum Maſſilieñ ꝑ ſe luculentū eſt,tū mihi argumēto eſt,recte eſſe in Hiſpaniis.Minus.n.auderēt, ſi aliter eſ- factum. ſet,& ſcirēt.Nā & iuncti,& diligētes ſunt. Odiū aūt recte aīaduertis ſignificātiū theatrum. Legiones etiam has,quas in Italia aſſumpſit,alieniſſimas eſſe video.ſed tñ nihil inimicius,q̄ ſibi ipſe.Illud recte times,ne ruat.Si deſperarit,certe ruet.quo magis efficiendū aliqd eſt fortuna,velim meliori animo Cæliano,ſed primo qcqd,qđ qualecūq; fuerit,cōtinuo ſcies . Nos iuueni togas ſuppeditauimus,Peloponneſū ipſam ſuſtinebimus.Eſt.n.indoles,modo aliquid hoc ſit.Quod ſi adhuc nullum eſt,eſſe tamen poteſt,aut ἄρην nō eſt,quo mihi perſuaderi nō poteſt. Vale.

T.P.ATTICO.

EPiſtola tua gratiſſima fuit meę Tullię,& mehercule mihi.ſemp ſecū aliquid Mehercule afferūt tuę literę.Scribes igit̄ aliqd ad ſpem,poteris me de miſeriis.Tu Antonii leones ꝑtimeſcas caue.Nihil eſt illo hoīe iucundius.Attēde ἀρχὴν πολιτικοῦ.euocauit literis e municipiis denos,& quattuor viri venerūt. Puella Antonii mores. eius mane primū dormit ad horas treis.Deinde,cū eēt nūciatū veniſſe Neapolitanos,& Cumanos(his.n.eſt Cęſar iratus)poſtridie redire iuſſit,lauari ſe velle ὡς κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. hoc heri effecit.Hodie aūt in†Enariā trāſire cōſtituit,exu †Senariam libꝰ reditū pollicet̄.Sed hęc omittamus,de nobis aliqd agamꝰ.A Daxio accepi literas. de Tirone gratū.Vectenū diligo.Veſtorio reddidi.Seruiꝰ pridie Non.Maii Minturnis māſiſſe di-

citur,hodie in Liternino mãſurus apud C.Marcellũ.Cras igitur nos mature videbit,mihiq;
dabit argumẽtũ ad te epiſtolę.Iam.n.nõ reꝑio quid tibi ſcribã.Illud admiror, ꝙ Antonius
ad me ne nunciũ quidẽ,cum p̃ſertim me valde obſeruarit.videlicet aliq̃d atrocius de me im
ꝑatũ eſt,corã negare mihi non vult,qđ ego nec rogaturus erã,nec,ſi impetraſſem,creditu
rus. Nos tamen aliquid excogitabimus.Tu quæſo,ſi q̃d in Hiſpaniis.iã eñ poterit audiri,&
omnes ita expectant,vt ſi recte fuerit,nihil negotii futurum putẽ.Ego aũt nec retentis his,
cõfectã rem puto,neq; amiſſis,deſꝑatã.Syluiũ,& Ocellam,& cæteros credo retardatos. Te
Timoris mala. quoq; a Curio ĩpediri video.Etſi,vt opinor,habes vitã miſerã,maiuſq; malũ eſt, tãdiu time
re,q̃ eſt illud ipſum,qđ timet.Serui⁹,vt antea ſcripſi,cũ veniſſet pridie Nonarũ Maii,ad me
venit:ne diutius te teneã,nullius cõſilii exitũ inuenimus.Nunq̃ vidi hominẽ ꝑturbatiorem
metu.neq; hercule quicq̃ timebat,qđ non eſſet timendũ.illũ ſibi iratũ,hunc non amicũ,hor
ribilẽ vtriuſq; victoriã,cũ propter alterius crudelitatem,alterius audaciã,tũ ꝓpter vtriuſq;
difficultatẽ ꝑcuniarũ,qua frui nuſq̃,niſi ex priuatorũ bonis poſſet.Atq; hęc ita multis cum
Lippitudo. lachrymis loquebat̃,vt ego mirarer eas tã diuturna miſeria nõ exaruiſſe. Mihi q̃dẽ etiã lip-
pitudo hæc,propter quã non ipſe ad te ſcribo,ſine vlla lachryma eſt: ſed ſæpius odioſa eſt,
ꝓpter vigilias.Quãobrẽ quicq̃d habes ad cõſulẽdũ,collige,& illa ſcribe, nõ ex doctrina,neq;
Imbecillior medicina q̃ morbus. ex libris,nam id quidẽ domi eſt,ſed neſcio quomodo imbecillior eſt medicina,q̃ morb⁹.Hæc
potius conquire de Hiſpaniis,de Maſſilia.Quę quidẽ ſatis bella Seruius affert,qui etiam de
duab⁹ legionib⁹ luculẽtos auctores eẽ dicebat.Hęc igit̃ ſi habebis,& talia,& q̃dẽ paucis die-
bus aliquid audiri neceſſe ẽ.Sed redeo ad Seruiũ.diſtulim⁹ oĩno ſermonẽ in poſterũ,ſed tar-
dus ad exeũdũ.Multos in ſuo lectulo malle q̃cq̃d fore.odioſus ſcrupulus de filii militia Brũ
duſina.Vnũ illud firmiſſime aſſeuerabat,ſi damnati reſtituerent̃,in exiliũ ſe iturũ.Nos autẽ
ad hęc,& ipſum certo fore,& quę iã fiebãt nõ eſſe leuiora,multaq; colligebam⁹.Verũ ea non
animũ eius augebãt,ſed timorẽ,vt iã cælandũ magis de noſtro conſilio quem ad diem vide
retur.quare in hoc nõ multũ eſt.Nos a te admoniti de Cælio cogitabimus. Vale.

T.P.ATTICO.

SEruius cũ eſſet apud me,Cephalio cũ tuis literis.VI.Iduũ venit,quę nobis
magnã ſpem attulerũt meliorũ rerũ.De octo cohortibus.etẽm hę quoq;,q̃
in his locis ſunt,labare dicunt̃.Eodẽ die Funiſulanus a te attulit literas,in
Ei de ſuo negot. quibus erat cõfirmatius illud idẽ.Ei de ſuo negotio reſpondi cumulate,cũ
omni tua gratia:adhuc nõ ſatiſfaciebat. Debet autẽ mihi multos nũmos,
nec habet̃ locuples,nũc ait ſe daturũ,cũ ex P.ſuſtulerit.morã tabellarius,ſi
apud te eſſe quas ſatiſfeciſſes dares.quãtũ ſit,hęres Philotimi tibi dicet.Sed ad maiora redea
mus.Qđ optas,Cęlianũ illud matureſcit.Itaq; torqueor,vtrum ventũ expectẽ.Vexillo opus
eſt,cõuolabũt. Q; ſuades vt palã,prorſus aſſentior.Itaq; me profecturum puto. Tuas tñ in
terim literas expecto.Seruii cõſilio nihil expedit̃.Oẽs captiones in omni ſententia occurrũt.
Vnum C.Marcello cognoui timidiorem,quem Cos.fuiſſe pœnitet,qui etiam Antonium cõ
firmaſſe dicit̃,vt me impediret,qđ ipſe credo honeſtius.Antonius aũt.VI.Iduũ Capuã ꝓfe-
Ibitur. ctus eſt.ad me miſit,ſe pudore deterritũ ad me nõ veniſſe,ꝙ me ſibi ſuccẽſere putaret.Ibitur
igit̃,& ita quidẽ,vt cẽſes,niſi cuius ꝑſonę grauioris ſuſcipiendę ſpes erit ante oblata. ſed vix
erit tã cito.Halien⁹ autẽ Pr.putabat aliquẽ,ſi ego nõ,ex collegis ſuis,quiuis licet, dũ mõ ali
quos.De ſorore laudo,deq; puero dat̃ opera.ſpero eſſe meliora.De Q.fratre ſcito eũ non me
De vſura. diocriter laborare de vſura,ſed adhuc nihil a L.Egnatio exp̃ſſit Axius de.XII.millib⁹ pudẽs.
L.Egnat. Sępe eñ aſcripſit,vt Gallio,quãtũ is vellet,darem.ꝙ ſi nõ ſcripſiſſet,poſſem ne aliter! Et qui
Expreſſit. dem ſæpe ſum pollicitus: ſed tantum voluit cito.nec vero adiuuarent iis in anguſtiis ſedu-
Quartana. ctos.verũ alias.Te a quartana liberatũ gaudeo,itemq; Pyliã:ego dũ naues,& cętera parant̃,
excurro in Pompeianum.Vectieno velim gratias,ꝙ ſtudioſus ſit:ſi quẽq̃ nactus fueris,q̃ per-
ferat literas,des ante q̃ diſcedimus. Vale.

M.T.CICERO C.CAESARI.S.

Cõmodũ. COmmodũ ad te dederã literas de plurib⁹ reb⁹,cũ ad me bene mane Diony
Ad me fuit ſius fuit.cui ego q̃dẽ nõ modo placabilẽ me prębuiſſem,ſed totũ remiſiſſẽ,
ſi veniſſet,qua mente tu ad me ſcripſeras. Erat enim ſic in tuis literis,quas
Velle. Arpini acceperã,eũ vẽturũ,facturũq; qđ ego vellẽ.Ego volebam autẽ, vel
Cupere. cupiebã potius,eſſe eum vobiſcum.Quod,quia plane cum in Formianum

veniſſet,pręciderat,aſperius ad te de eo ſcribere ſolebam.at ille perpauca locutus,hanc ſum
mam habuit orationis,vt ſibi ignoſcerem,ſe rebus ſuis impeditum nobiſcum ire non poſſe.
Pauca reſpondi,magnum accepi dolorem.intellexi fortunam ab eo noſtram deſpectam eſſe.
quid quęris?fortaſſe miraberis: in maximis horũ tẽporum doloribus,hunc mihi ſcito eſſe.
Velim,vt tibi amicus ſit.Hoc cum tibi opto,opto vt beatus ſis. erit enim tandiu.Conſilium
noſtrum ſpero vacuum periculo fore.Nam & diſſimulauimus,&,vt opinor,acerrime obſer-
uabimus,nauigatio modo ſit,qualem opto.Cętera,quę quidem conſilio prouideri poterũt,
cauebuntur.Tu,dum adſumus,non modo quę ſcieris,audieriſve,ſed etiam quę futura pro-
uidebis,ſcribas velim.Cato,qui Siciliam tenere nullo negotio potuit,& ſi tenuiſſet , omnes
boni ad eum ſe contuliſſent,Syracuſis profectus eſt ante diem.VIII.Calẽdarum Maii,vt ad
me Curio ſcripſit. Vtinam,qđ aiunt,Cotta Sardiniam teneat.eſt enim rumor. O , ſi id fue-
rit,turpem Catonẽ.Ego,vt minuerem ſuſpitionem profectionis,aut cogitationis meę, pro-
fectus ſum in Pompeianũ ad quartum Iduũ,vt ibi eſſem,dum quę ad nauigãdũ opus eſſent,
pararentur.Cũ ad Villam veniſſem,venerunt ad me Centuriones triũ cohortiũ,quę Põpeii
ſunt,poſtridie.Hęc mecum Minnius noſter,velle eos mihi ſe,& oppidum tradere.At ego in
de poſtridie ad Villam veni ante lucẽ,vt me omnino illi ne viderent.Quid em̃ erat in tribꝰ
cohortibus?quid ſi plures?quo apparatu?cogitaui eadem illa Cæliana,quę legeram epiſtola
tua,quã accepi.Simul & in Cumanum veni eodem die:& ſimul fieri poterat,vt tentaremur.
Omnem igitur ſuſpitionem ſuſtuli.Sed cum redeo,Hortenſius venit,& ad Terentiã ſaluta
tum diuerterat:ſermone erat vſus honorifico erga me.tamen eum(vt puto)videbo . Miſit
enim puerum,ſe ad me venire.Hoc quidem melius,q̃ collega noſter Antonius, cuius inter Anto. col
lictores lectica vna portatur.Tu,quoniam quartana cares,& nedum morbum remouiſti,ſed lega.
etiam grauedinem,te vegetum nobis in Gręcia ſiſte,& literarum aliquid interea. Vale. Grauedo.

Careo.

## T.P.ATTICO.

Siſte vege tum.

PRidie Iduum,Hortenſius ad me venit ſcripta epiſtola. Vellem cętera eius,
q̃ in me incredibilem ἐκτένειαν . qua quidem cogito vti.Deinde Serapion
cum epiſtola tua: quam priuſq̃ aperuiſſem,dixi & te ad me de eo ſcripſiſſe
antea,vt feceras.Deinde epiſtola ſcripta cumulatiſſime cætera . & hercule
hominem bonum,& doctum,& probum exiſtimo:quin etiam naui eius me,
& ipſo conuectore vſurum puto.Crebro refricat lippitudo,non illa quidẽ Conuector
perodioſa,ſed tamen quę impediat ſcriptionem meam.Valetudinem tuam iam confirmatã Lippitudo
eſſe,& a vetere morbo,& a nouis tentationibus,gaudeo. Cellam vellem haberemus. videñt Cicer.
em̃ eſſe hęc paulo faciliora . Nũc quidẽ ęquinoctium nos moratur,quod valde perturbatum Aegnoctiũ
erat:id ſi cras erit,vtinam idem maneat Hortenſius, ſiquidem adhuc erat , liberalius nihil
eſſe poteſt.De diplomate admiraris,quaſi neſcio cuius te flagitii inſimularem. Negas enim Diploma.
te reperire,qui mihi id in mentem venerit.Ego autem,quia ſcripſeras te proficiſci cogitare
(etenim audieram nemini taliter licere)& eo te habere cenſebam,& quia a pueris diploma
ſumpſeras. Habes cauſam opinionis meę,& tamen velim ſcire quid cogites,in primiſq; ſi qđ
etiam nunc noui eſt.XVII.Calendarũ Iunii Tullia mea peperit puerũ ἑπταμηνιαῖον εὐτόκησεν. Tullię par
Quod quidem eſt natum perimbecillum eſt.Me mirificę tranquillitates adhuc tenuerunt, tus ſepti
atq; maiore impedimento fuerunt,q̃ cuſtodię quibus aſſeruor.Nam illa Hortenſiana omnia meſtris.
fuere infantia.Ita fiet homo nequiſſimus,ab Saluio liberto deprauatus eſt.Itaq; poſthac nõ
ſcribam ad te,quid facturus ſim,ſed quid fecerim.Omnes enim κωρυκαῖοι videntur ſubau-
ſcultare quæ loquor.Tu tamẽ ſi quid de Hiſpaniis,ſiue quid aliud,perge quęſo ſcribere,nec
meas literas expectaris,niſi cum quo opto,peruenerimus,aut ſi quis ex curſu.ſed hoc quoq;
timide ſcribo,ita omnia adhuc tarda,& ſpiſſa:vt male poſuimus initia,ſic cętera ſequentur. Spiſſa.
Furias nunc ſequimur,eædem nos fortaſſe furiæ perſequentur.Ex Balbi autem ſermone,quẽ Furias ſe-
tecum habuit,non probamus de Melita.Dubitas igitur,quin nos in hoſtium numero habe quimur.
at?Scripſi equidem Balbo te ad me de beneuolentia ſcripſiſſe,& de ſuſpitione.egi gratias: de
altero ei me purgaui. ecquem tu hominem infeliciorem?Non loquor plura,ne te quoq; ex
cruciem,ipſe conficior veniſſe tempus,cum iam nec fortiter nec prudenter quicq̃ facere poſ
ſim.Vale.